



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Schefferi Argentoratensis De Re Vehiculari Veterum Libri Duo

Scheffer, Johannes

Francofurti, 1671

Ad Præfationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13156



JOANNIS SCHEFFERI Argentoratensis NOTÆ.

Ad Præfationem.

IN rei alicujus sacra.) Fuerunt & aliæ caussæ, cur nummis signa ejuscemodi imponerentur. Sic enim significabantur sæpe tributihonores, item munera publica, & id genus, qvod ex nummis Cæsarum & Augustorum liqvet. Sæpe sic gestarum rerum servabatur memoria. Sæpe nummi ipsi pretiumq; illorum sic indicabantur, qvod ex bigatis, victoriatis & similibus est notum.

De carrorum.) Ita noster voce Italica. Rectius *vehicula* dicerentur. Nam carrus species vehiculi, non genus.

ὄχημα.) Hoc nihil differt à præcedenti, qvippe cujus casus est secundus. Videtur Pignorius exiguam Græcarum litterarum peritiam habuisse.

Sub nomine plaustri sunt multi carri.) Putat, plaustrum qvoque generale nomen esse. Ac sic sæpe in sequentibus. Sed hoc falsum.

Cap. I.

Ἀμαξίης.) Occurrit in hac voce, qvod supra in voce *ὄχημα* à nobis observatum est.

Παρά τῶν.) Hæc ex Suida sunt desumpta, qvi sic explicat *ἀμαξίαν*. Itaq; nil faciunt ad *ἀμαξίαν*, cum *ἀμαξίαι* sit ab *ἀμαξα* non hoc ab illo.

fff 3

Quadri-